Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aut ex eis dixerunt. In beelzebub
principe dimoniorum eiicit dmonia
Et alii tentantes signum de celo
querebant eum ab eo. Ipse autem ut
vidit cogitationes eorum dixit eis
Omne regnum in se divisum deso
labitur. et domus super domum cadet
Si autem et sathanas in se ipsum di
visus est quomodo stabit regnum eius
Quia dicitis in beelzebub eiicere me
dimonia. Si autem ego in beelzebub
eiicio dimonia filii vestri in quo ei
ciunt. Ideo ipsi iudices mei erunt
Porro si in digito dei eiicio dimonia
profecto pervenit in vos regnum
dei. Cum fortis armatus custodit
atrium suum in pace sunt ea que
possidet. Si autem fortior illo superve
niens vicerit eum vniuersa arma
eius auferet in quibus confidebat
et spolia eius distribuet. Qui non
est mecum aduersum me est. et
qui non colligit mecum dispergit
Cum immundus spiritus exierit
ab homine ambulat per loca aqo
sa querens requiem et non inueniens
dicit. Reuertar in domum meam
unde exiui. Et cum venit inuenit
eam scopis purgatam et ornata
et tunc vadit et assumit septem
alios spiritus nequiores se et ingressi
habitant ibi. et fiunt nouissima ho
minis illius peiora prioribus.
Factum est autem cum hec diceret
extollens quedam mulier vocem
de turba dixit illi. Beatus venter
qui te portauit et vbera q suxisti.
Qui autem ait. Beati qui audiunt
verbum dei. et custodiunt illud
Turbis autem concurrentibus cepit
ihesus dicere. Generatio hec gene
ratio nequam est. Signum querit
et signum non dabitur ei nisi sig
num ione prophete. Nam sicut
fuit ionas signum ninuitis ita
erit filius hominis generatio isti
Regina austri surget in iudicio
cum viris generationis huius. et con
dempnabit illos quia venit a fini
bus terre audire sapienciam salo
monis. Et ecce plusquam salomon
hic. Viri ninuite surgent in iu
dicio cum generatione hac et condemp
nabunt illam quia penitenciam
egerunt in predicatione Jone. et
ecce plusquam Jona hic. Nemo
lucernam accendit et in abscondito
ponit neque sub modio. sed super
candelabrum. ut qui ingrediuntur
lumen videant. Lucerna corporis
tui est oculus tuus. Si oculus tu
us fuerit simplex totum corpus tu
um lucidum erit. Si autem nequam
fuerit et corpus tuum tenebro
sum. Vide ergo ne lumen quod in
te est tenebre sint. Si ergo corpus
tuum totum fuerit lucidum non
habens aliquam partem tenebrum
erit lucidum totum. Et sicut lu
cerna fulgoris illuminabit te. Et
cum loqueretur rogauit illum
quidam pharisseus ut pranderet
apud se. Et ingressus recubuit
Pharisseus autem cepit intra se re
putans dicere. quare non bapti
zatus esset ante prandium. Et